



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1736

VD18 90103165

N. I. Der Kayserlichen neues Project in puncto Executionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53029](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53029)

1649.
Febr.

„schuldig wären. 3) Post verbum: *Duces, ponatur: Eorumque Deputatos, per cursores illico mittatur.* 4) Loco *verborum: ut ex ejus cum publicis Patris collatione consensuque*, wäre zu setzen: *ut ex habita super eadem collatione, eo promptius Executionem mature absolvere possint.* Und dieses wären also diejenigen Erinnerungen, so den Deputirten beygefallen.

Unterdessen hatte Vossmar noch einen andern Vorschlag, alhier sub N. I. gefertigt, welchen er verlaß, und dem Chur-Mainischen Canslar zustellte, mit der Versicherung, daß er sich noch selbigen Tags sowohl bey dem Französischen als den Schwedischen Gesandten zur Conferenz angeben wolle: Immassen auch solches erfolgt, und endlich die Convention, in der Form, wie ab N. II. zu sehen ist, verglichen worden.

16 9
Febr.Die Con-
vention wird zu
Stande ge-
bracht.

N. I.

Ferners Projct der Kayserlichen Gesandten in eadem materia.

N. I.
Der Kayserli-
chen Projct.

Cum nondum omnia effectui data sint, quæ vigore Instrumenti Pacis ante Commutationem Ratihibitionum exequenda esse videbantur, necetiam rationi consentaneum sit, ut ob ejusmodi causam dicta Commutatio longius differatur; Electorum, Principum & Statuum Imperii Legati per extraordinarios Deputatos in præsentia Legatorum Cæsareanorum, Fœderatarum Coronarum Legatis stipulata manu, nomine totius Imperii denuo promiserunt, omnia ea, quæ ante Commutationem in effectum deduci debuissent, statim post factam commutationem, juxta tenorem literarum nomine omnium Ordinum, die 20. Januar. proxime elapsi ad Sacram Cæsaream Majestatem perscriptarum, & in iis comprehensum arctiorem modum Executionis, absque omni dilatione, protractione, interruptione, conditione vel exceptione sub declaratione poenæ fractæ Pacis, totaliter executioni mandatum effectuique datum iri.

Quantum vero ad Restitutionem locorum & Exauktionem Militum attinet, cum in Instrumento Pacis cautum sit, quod antequam ad rem ipsam procedatur, de Modo & Ordine, quo talis Evacuatio & Exauktionatio fieret, certa Conventio per Exercituum Duces iniri debeat, idque hactenus factum non sit, placuit toti huic Conventui, de istiusmodi Ordine & Modo hic Monasterii statim post factam Commutationem, Tractatum institui & concludi, qui deinde ex condicto utrinque dictis Ducibus ad exequendum sine mori commendari debeat. In quorum fidem majusque robur declaratio præsens Cæsareorum, Reginorum & Statuum Imperii Protocolis inserta est. Actum Monasterii &c.

N. II.

Verglichene Formula Conventions, daß nach ausgewechselten Ratificationen, alles zur würclichen Execution gebracht werden solle.

N. II.
Verglichene
Formula
Conventio-
nis über die
würcliche
Execution
nach Aus-
wechslung
der Ratifica-
tionen.

Cum nondum omnia Executioni mandata sint, quæ vigore conclusæ Pacis ante Ratihibitionum commutationem præstanda fuerunt; e re tamen visum sit, ne dicta commutatio diutius differatur: Electorum, Principum & Imperii Statuum Legati per extraordinarios Deputatos, in præsentia Cæsareæ Legationis, Fœderatarum Coronarum Legatis stipulata manu, nomine totius Imperii denuo promiserunt, ea omnia, quæ ante commutationem in effectum deduci debuissent, statim à facta commutatione, juxta tenorem literarum nomine Ordinum, die 27. Januarii proxime elapsi ad Sacram Cæsaream